

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja krakowska**

Rękopis Biblioteki Narodowej, sygn. 12607 III, k. 38va-39ra

Odczyt: Maciej Mikula

Artykuł 58 [Gn. 51]

[58] Omnis querimonia ac testimonia, que cum criminosis violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehense et deducte fuerint, virum metseptimum [s] protestare oportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, que monomach[al]es non sunt. Manifestum factum ibi esse dicitur, ubi vir captivatur cum furtu [s] aut spolio et deprehensus ducitur ad iudicium cum clamore. Eciam manifestum factum esse ibi dicitur, [k. 38vb] ubi viro gladius, aut cultellus, aut alia arma sua in sua manu deprehensa fuerint, cum qua pacem infregit, aut si in fuga facti deprehensus fuerit, et captivus ad iudicium cum clamore deductus fuerit. Hunc actor metseptimus vincere oportet circa ius pacis. Et si factum manifestum cum viro ad iudicium deductum fuerit, stuprum et obsidium, et irruenciam domiciliorum, homicidium, furtum et spolium, probat homo metseptimus protestando. Si vir de istis conqueritur, extunc sua querimonia sic debet procedure: “Domine iudex, ego conqueror Deo et vobis, quod hic homo iste venit intra municipalia, et in me pacem violavit, et me stupravit et spoliavit corpore, rebus et honore muliebri, de quo sufficiens habeo testimonium per hos, qui meum clamorem audierunt, et ostendere volo factum, de iure debeo et requero in sententia diffinitiva, quomodo ego ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in iure meo.” Extunc ille petat satisfacionem, si vult, quam sibi facere oportet, et dicat de facto esse innocentem. Tunc tutor mulieris interrogat in sententia diffinitiva, si mulier violenciam melius protestare poterit cum hiis, qui clamorem suum audierunt, quam ille possit evadere, cum in facto manifesto ad iudicium sit deductus. Tunc diffinitur de iure, quod possit ipsum possibilis [k. 39ra] vincere cum hiis, qui suum clamorem audierunt, quam ille evadere possit. Et si hoc protestabitur, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super irruenciam domicilii iudicatur.

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]